

Factum est hoc apud Firmitatem, anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo XL. V., regnante Ludovico, filio Ludovici, rege Francorum,

(Original en parchemin, conservé aux archives de l'Aube. Le sceau manque. Il pendait par double queue. — Au dos on lit :

Carta de donis Josberti de Firmitate; Sigillum comitis Theobaldi. Comites Campanie: Quinta.)

## XI.

## DONUM FRIDERICI COGNOMENTO SALVATORIS,

(Cartul. de Clairvaux, originaux. *Chartæ communes*. II. — Anno 1147.)

Notificetur posteritati nostræ quod Fredericus, cognomento Salvator, landante uxore sua Hersende, dedit monasterio Claræ-Vallensi, quicquid habebat in finagio Gundree Hispaniæ, absque ulla retentione. Sed et tam in aliis locis quam in eodem finagio fratribus ejusdem loci concessit, quicquid de feodo ejus vel jam acquisisse, vel in futurum acquirere possint ab his, qui ab ipso tenebant. Et testes sunt: Hugo de Bugeio; Pontius, de Sancto Lupo; Hugo, serviens; Odo, filius ejus. Et Leiardis, filia; et maritus ejus Fredericus hoc ipsum donum laudaverunt; testibus Jheremia fratre Frederii; et Frederio, nepote eorum; Letardo; Widone, capellano.

Item in eodem finagio Drogo, Crassus, landante uxore sua hodierna, et filiis suis Wicardo, Milone, Widone, Agnone, quicquid habebat vel ab eo tenebatur, monasterio Clarevallensi dedit.

Hugo de Villa landante uxore sua Heldiarde, et filiis Widone, Everardo, Bencelino, et filiabus Gertrude, Altrude, Emmelina, testibus, Agnone, Lamberto, Fulcone, et Rainaldus, filius Everardi, filii Aalermi, landante matre Lezvide et filiabus Lesclina, Emmelina, Gertrude, quicquid in eodem finagio habebant eidem monasterio concesserunt; testibus iterum Agnone, Lamberto, Fulcone. Laudavit hoc donum Wido de Wangionis rivo de cujus feodo ipsa possessio descendebat. Similiter ei in aliis locis quicquid de feodo ejus possint acquirere concessit laudavit et hoc ipsum Aalaydis, uxor ejus; testes sunt: Wido, prior Sancti Stephani; Odo de Clementino prato, Martinus de Domo Dei; Everardus, filius Garengerii Lebaudus rex.

Item in finagio ville Guiardus de Juvencurt assensu fratrum suorum Philippi et Arlebaldi partem alodii, quam habebat, Claravallensi monasterio liberam dedit et de communia quam in villa et in Juvencurt hereditate habebat se exheredavit. Testes sunt: Milo Mahart; Haimo viveus; Agno viridis.

Ricardus et Paganus fratres de Villa dederunt Deo et Sanctæ Mariæ de Claravalle, quicquid habebant ab Airablo usque in Albam, et ab inde versus Claramvallem a silva usque in Albam, et quicquid habebamus vel ab heredibus vel ab hominibus eorum. Hoc donum laudavit Beatrix, mater eorum,

et Luca, et Belosa, sorores eorum, et Rainerius, filius luce, et Adelina, uxor Ricardi, et Rainaldus, filius ejus, et Beatrix, filia ejus, cognomento Sylvestris. Testes sunt: Rainerius de Firmitate; et Guido, filius Odelini; et Durandus Molendinarius. Simile donum fecit de sua parte Egidius, filius Rainaldi, et obtulit per librum unum super altare. Testes sunt: Rainerius de Firmitate; et Guido, filius Odelini; et Rainaldus de Petrocinio; et Guido, filius ejus.

Maria, filia Humberti de Molenvilla laudavit donum quod dederat pater ejus Clarevallensi monasterio in pascuis de Villa. Testes sunt: Ricoldus; Aimó; et Bernerius de Molenvilla.

Notificetur etiam posteritati nostræ, quod Josbertus de Firmitate, filius Isoberti Rufi, donavit monasterio Clarevallensi, quicquid habebat apud Petrecinium, landante uxore sua Gertrude, et quicquid habebat in finagio Petrecini. Testes sunt: Bernardus, abbas Clarevallensis, cui et in cujus manu hoc donum factum est; Everardus de Brecons; Aimó Bocardus; Paganus de Villa; Gaufridus Felonia. Idem quoque Isobertus concessit predicto monasterio omnia dona quæ dederat pater ejus, et quicquid fratres ejusdem loci possent acquirere vel adquisierant ab eo vel ad heredibus suis de terra sua et de casamento suo et omnes assentias in omni terra sua, landante prædicta sua. Testes sunt: Hugo de Bellomonte frater prædictæ Gertrudis; Ilduinis de Vendopera, comes Theobaudus, qui hoc laudavit de cujus casamento movebat.

Clarembaudus de Capis, landante uxore sua Aaliz, dedit monasterio Clarevallensi, quicquid fratres ejusdem loci possint acquirere de feodo ejus. Testes sunt: Anculfus de Capis; Gauterius de Supraponte. Mortuo Clarembaudo, filii ejus Clarembaudus et Hugo Rapina hoc idem concesserunt; testibus, Ilduino de Vendopera, et Gaufrido Furnerio.

Walterius, filius Walterii Pineti, et Henricus, frater ejus, filius Freerii, landante eodem Freerio, patre Henrici, et Vilrico Walterii, dederunt monasterio Clarevallensi quicquid habebant apud Petricinium et in finagio ejus absque ulla retentione, et quod in tota terra Clarevallensis monasterii non acciperent paagium, quod apud Petrecinium accipiebant. Simile donum fecit ex parte sua Hugo, filius Freerii de Brion, testibus, Rainaldo de Petrecinio, Guiardo, filio Odelini, Rainaldo Chardon de Firmitate. Laudavit hæc dona Hugo, vicecomes de Firmitate, de cujus casamento hoc erat, landante uxore sua Ildeberga, et ambarum filiis, Erebaudo, Rorico, Johanne, et filiabus Lancema, Isabel. Concessit etiam idem Hugo, quod si aliqua calumpnia oriretur de his donis, ipse eam in pace poneret. Supradictorum donorum Walterii et Henrici, et de laude Freerii, et de laude Hugonis vicecomitis, testes sunt: Bartholomeus Coquilla; Gonterius de Buxeris; Rainerius de Firmitate; Guiardus de Capis. De laude autem uxoris vicecomitis et filiorum et filiarum suarum testes sunt: Rainerius de Firmitate; Guiardus de Capis; Everardus de Brecons; Garinus; Aimó viridis. Hoc quoque laudavit comes Theobaudus et Henricus, filius ejus a quibus prædictus vicecomes tenebat. Et ut hoc firmiter staret accepit comes Theobaudus super se, rogante Hugone vicecomite, quod si ex his donis aliquando aliqua calumpnia oriretur, et ipse eam non posset extinguere, comes Theobaudus tandiu omne reliquum casamentum, quod ab eo tenet, in manibus suis teneret, donec eam omnino pacificaret.

Adelina, uxor Bartholomei Coquilla, landante filio suo Guicardo, et filia sua Gertrude, et ipso Bartholomeo, marito suo, et Hugone, patre suo, de Ostrecort, et Aunone, filio suo, dedit monasterio Clarevallensi quicquid habebat apud Petrecinium, et in omnibus finibus ejus in manu Godefridi Lingonensis episcopi. Testes sunt: Hugo, decanus, de Belona; Everardus, presbiter; Rainerius de Rocha; Hugo Chavauchaia. Laudavit hoc mater ipsius Adelina, Matoldis, et Hugo, filius Adelina. Testes sunt: Hugo, decanus; Everardus, presbyter; Morellus, miles, de Claromonte; Rollanus de Petrecinio.

Guillelmus Guarescous de Covlenz dedit monasterio Clarevallensi, landante uxore sua Isabel, de cujus capite hoc erat, quicquid habebat in finagio Petrecini absque ulla retentione, landante filio suo Rainaldo. Testes sunt: Hugo, armiger ejus; Radulfus de Covlenz, et Radulfus, filius ejus canonicus Lingonensis. Hoc donum laudavit Emmelina, mater Isabel, et Ilbertus, filius ejusdem Emmeline. Testes sunt: Rainerius, frater Emmeline; et alii multi qui ibi erant. Laudavit etiam hoc Thomas, frater Isabel, in presentia Godefridi (sic), Lingonensis episcopi, et Bernardi, Clarevallensis Abbatis; testibus Ebrardo de Firmitate; et Guidone, filio ejus; et Giremo de Briinnaco.

Ebertus de Barro super Sequanam dedit monasterio Clarevallensi quicquid habebat in villa Petricini, sive in finagio ejusdem villæ absque ulla retentione et quicquid ibidem tenebatur ab eo. Laudavit hoc frater ejus Thomas et uxor ejusdem Thomæ Ildiardis et filius ejus Thomas. Laudaverunt hoc cæteri fratres ejus Humbertus et Hagano et Guiardus, nepos ejus. Testes sunt Guido, comes de Barro super Sequanam; et Milo, filius ejus; et Milo de Nalvurio; Ricardus de Cacenniaco. Laudavit hoc Rocelinus de Vendepora et Gaufridus, filius ejus et Hulduinus, frater Roscelini, a quibus tenebat. Laudis hujus testes sunt: Radulfus, capellanus comitis; Martinus, prior de castro Radulfi; Odo de monte Omeri; Josceranus Rigandus de Pringorio. Postea Richardus, filius Thomæ, laudavit hoc donum: testibus: Guiardo, filio Everardi de vacua Silva; et Deodardo; et Seguino.

Stephanus Raerius, landante uxore sua Lucia, de

ejus capite hoc erat; et laudantibus filiis et filiabus suis Hugone, Guidone, Henrico, et Gertrudi, et Floretia, dedit monasterio Clarevallensi quicquid habebat in finagio Petrecini absque ulla retentione. Testes sunt: Simon, filius Isoberti; Gontardi de Firmitate; Rogerius, frater Stephani; Stephanus, capellanus; Oibertus, capellanus de Blesia.

Aimó Bocardus dedit monasterio Clarevallensi, quicquid habebat apud Petrocinum in finagio Petrecini absque ulla retentione. Simile donum fecit ex parte sua rainerius de Gronai in eadem villa et in eodem finagio; landante uxore Ascelina et filio eorum Lamberto et filiabus Ildiarde et Ermenegarde. Testes sunt: Milo Crassus; et Scotus Venator. Hæc omnia concessit Goriardus, frater ejus, et Bruna, uxor ipsius Aimonis. Bencelina similiter dedit eidem monasterio quicquid habebat ibidem et eadem conditione; et hoc concedente filio suo, Simone et Galiena, uxore sua. Idem donum fecit Guiardus de Capis de sua parte. Horum omnium testes sunt: Agno viridis, Bartholomeus Coquilla, Milo Crassus, Everardus de Villa, et Landricus. Idem donum fecit Drogo de sua parte; testibus his: Guiardo de Capis, Seguino de vacua Silva. Idem quoque donum de sua parte fecit Petrus de Aissi; concedente Abelina, uxore ejus; testibus: Erberto, sacerdote; et Guiardo de Villa.

Marco de Vegniaco dedit monasterio Clarevallensi, quicquid habebat apud Petrecinum absque ulla retentione, concedentibus Emmelina, uxore sua et Henrico, filio suo, testibus his: Hugone de Veniaco, Garnerio, et Sirebello de Barro. Quale donum fecit Marcus tale fecit et Milo Crassus de Firmitate, gener illius, de sua parte; concedente Supplicia, uxore ipsius Milonis, et Marco, filio ejus Donum Marci et Milonis concessit Ermengardis, soror Supplicia. Testes sunt: Rainerius de Firmitate Hugo de Confinio; Guiardus, filius Odelini de Firmitate. Dono Milonis consenserunt et alii liberi ejus Henricus et Sera; testibus: Hugone de Veniaco, Garnerio, et Sirebello de Barro.

Rolannus de Petrocino dedit monasterio Clarevallensi, quicquid habebat in eadem villa et in finibus ejus absque retentione; concedente uxore sua Richildi et filiis suis Clemente et Bernardo et alio Bernardo et fratre ejus Pagano et nepote ipsius Anserio; teste: Silvestro cum duobus supradictis Pagano et Anserio.

Richardus et Paganus dederunt monasterio Clarevallensi, quicquid habebant a Petrocino usque ad Armeniorii, quod est juxta Gaudrici montem sicut via romana dividit; hoc est, quicquid habebant in terra de Jurvilla et de Warencemont. Hoc donum laudavit Beatrix, mater eorum; et Luca et Belosa, sorores eorum, et Rainerius, filius Lucæ, et Adelina, uxor Richardi, et Rainaldus, filius ejus, et Beatrix, filia ejus cognomento Sylvestra. Testes sunt: Rainerius de Firmitate, Guido, filius Odelini, Durannus Molendinarius. Simile donum fecit de sua parte Egi-

dius filius Rainaldi, et obtulit per librum unum super altare. Testes sunt: Rainerius de Firmitate, Guido, filius Odelini; Rainaldus de Petrocino, et Guido filius ejus.

Hugo Bouez de Jovencort dedit monasterio Clarevallensi quicquid habebat in finagio de Juvilla et de Warencemont absque ulla retentione; laudante Bertha, uxore sua, cognomento Poma, et filiis eorum Odone et Hugone, et filia Goncelina; testibus: Stephano, presbitero; et Guidone, filio Odelini.

Odo et Petrus, filii Milonis Debois, laudante matre sua Dameron et sorore eorum Agnes, dederunt monasterio Clarevallensi, quicquid habebant in terra de Jurvilla et de Warencemont absque ulla retentione. Hoc donum laudavit Raheus et uxor ejus Bona amica et filii eorum Guido et Milo et filia Magaleh. Testes sunt: Thebaudus, nepos presbiteri; et Walterius; et Iterius de Beloun; Hugo; et Petrus.

Simon de Chameon dedit monasterio Clarevallensi quicquid habebat in valle Mortui fontis usque ad Emmaurici fontem et quicquid habebat in eo monte, qui dicitur Medius Mons, laudante Hilberto de Barro, de ejus feodo hoc tenebat. Testes sunt: Isobertus Rufus, Rainerius de Pulleriis. Alio tempore Odo, Simonis frater, partem suam de Medio Monte, quam habebat concessit. Testes sunt: Henricus de Aconvilla, Gibertus, Carpentarius; Petrus, filius Henrici.

Rogerius de Esclantia, laudantibus filiis suis Hildierio et Hugone, dedit monasterio Clarevallensi quicquid monachi exartaverant in bosco et Acunvilla. Concessit etiam quaedam partem bosci juxta Mortuum fontem, quæ necdum exartata erat et ut omnes asentias nostras haberemus ubique in reliquo bosco, excepta agri cultura. Simile donum fecit comitissa de parte sua, laudante Odone marito ipsius. Pro his tamen donis reddetur eis annuus census duodecim nummorum Trecensis monete, qui census a Kalendis Octobris usque ad Kalendas Novembris ministro eorum de Acunvilla debet reddi. Donum comitisse laudavit supra scriptus Rogerus de quo tenebat et filii ipsius Rogerii Hildierius et

Hugo. Laudavit etiam utriusque donum Stephanus de Grangia, de quo tenebat Rogerus. Laudavit Hildertus de Barro de quo tenebat predictus Stephanus. Concesserunt etiam Rogerius et filii ejus et Stephanus de Grangia et Hildertus de Barro, quod si quam calumpniam super his donis oriri contingeret, ipsi eam penitus extinguerent. Facta sunt hæc dona in manu Guidonis monachi, presente Dominico, preposito Barri. Testes: Radulfus, decanus de Barro; Hildierius, magister de domo Dei; Falco, gener Herberti; Galterius Scotus, laudavit etiam hæc omnia Gaufridus, filius Herberti. Testes: Radulfus, decanus de Barro; Hildierius, magister de domo Dei; Odo Rufus; Lambertus, et Girardus Lingonenses.

Gilo, filius Rainaldi de Villa, dedit nobis pratum juxta ripam Albæ, quod vocatur Croipatum, et laudavit quicquid pater ipsius dederat nobis in fine Gondeæ Hispaniæ; id est, pratum Girardi et pratum Hugonis et pratum Garini et alia omnia quæ habemus a patre ejus; testibus: Remigio, capellano de Villa; Guiardo, filio Odelini, Angelranno fusore.

Gaufridus Felena dedit pratum Beroldi monasterio Clarevallensi, id finagio Villæ, laudante Airardo, sororio suo; testibus: Petro Ventario, Arberto, Bernardo. Concessit hoc donum Lancenna, uxor Airaudi, laudantibus filiis amborum Girardo, Rainerio, Guiardo et filia Galia; testibus: Bernardo, majore; Guiardo, presbytero; Theoderico.

Ego Godefridus Dei Gratia Lingonensis episcopus totam presentis paginæ cartam laudo et proprio sigillo munio et Clarevallensi monasterio in perpetuum confirmo. Anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo quadragesimo septimo, regnante Ludovico, filio Ludovici, rege Francorum. Signum Jocelini Archidiaconi. Signum Pontii, Archidiaconi. Signum Warnerii, Archidiaconi. Signum Guiardi, Archidiaconi. Signum Fulconis, Archidiaconi. Signum Humberti, decani.

(Original en parchemin. — Sceau de cire rouge pendant par double queue. — Archives de l'Aube.)

## ORDO RERUM

### QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR

#### GUERRICI ABBATIS IGNIACENSIS SERMONES PER ANNUM.

DE ADVENTU DOMINI.	
SERMO I.—De divinorum promissorum expectatione.	11
SERMO II.—Quomodo Christo adveniendi occurrendum.	14
SERMO III.—Quod homo debeat semper esse paratus, Domino adveniendi.	18
SERMO IV.—De vita solitaria, et de via Domino paranda.	21
SERMO V.—Quomodo proficiendum in paranda via Domino.	26
DE NATIVITATE DOMINI.	
SERMO I.—Qualia nos deceat Deus puer.	29
SERMO II.—Quale donum, contemnente Synagoga, suscepit Ecclesia.	32
SERMO III.—De admirabili Dei cum homine commercio.	35
SERMO IV.—De plenitudine temporis a Christo allata.	38
SERMO V.—De mira Dei providentia in nativitate Christi.	43
IN EPIPHANIA DOMINI.	
SERMO I.—De donis Domino afferendis.	43
SERMO II.—De variis modis quibus nos Deus illuminat.	51
SERMO III.—Quibus gradibus ad sapientiæ lumen perveniatur.	54
SERMO IV.—De nova nostra nativitate et vita.	59
IN FESTO PURIFICATIONIS B. MARIE VIRGINIS.	
SERMO I.—De caeremonia luminum hoc festo usitata.	63
SERMO II.—Quanto sit affectu occurrendum Jesu adveniendi.	67
SERMO III.—Quomodo Simeon imitandus.	71
SERMO IV.—De Quatuor purificationis nostræ generibus.	75
SERMO V.—De mundanda et adornanda Christo anima.	79
SERMO VI.—De perficienda nostri purificatione, ut Domino sisti possimus.	89
IN QUADRAGESIMA.	
SERMO I.—De tribulatione et consolatione.	91
SERMO II.—De parabola filii prodigi. Luc. cap. xy, § 11-32.	96
IN FESTO S. BENEDICTI.	
SERMO I.—De mansione in sapientia.	99
SERMO II.—De fiducia in Deum.	103
SERMO III.—De amicitia Dei præ omnibus quærenda.	107
SERMO IV.—De lenitate et fide.	111
IN ANNUNTIATIONE DOMINICÆ.	
SERMO I.—De gaudio hujus dici et de laudibus Virginis matris.	115
SERMO II.—De Verbi incarnatione in Maria et in anima fidei.	120
SERMO III.—De hujus mysterii signis.	124
DOMINICA IN RAMIS PALMARUM.	
SERMO I.—Quomodo Christus omnia homini factus.	127
SERMO II.—De crucis scientia et virtute.	130
SERMO III.—De duplici specie qua Christus proponitur spectandus.	134
SERMO IV.—Qualiter Christus benedicendus.	137
DE RESURRECTIONE DOMINI.	
SERMO I.—Pulchre verba Jacob de Joseph applicantur ad resurrectionem Christi.	142
SERMO II.—De duplici nostra resurrectione.	144

SERMO III.—De vigilantia necessaria ut partem habeamus in resurrectione Christi.	148
IN DIEBUS ROGATIONUM.	
De pane verbi petendo et apponendo.	151
IN DIE ASCENSIONIS DOMINI.	
De amore Christi in nos et de nostro in ipsum.	153
IN FESTO PENTECOSTES.	
SERMO I.—De Dei charitate et hominum ingratitude.	157
SERMO II.—De linguarum mysterio et dono lacrymarum.	160
IN NATIVITATE S. JOANNIS BAPTISTÆ.	
SERMO I.—De laudibus Sancti.	163
SERMO II.—De vi necessaria ad rapiendum regnum cælorum.	167
SERMO III.—Iterum de laudibus Sancti.	169
SERMO IV.—De fortitudine et mortificatione.	173
IN NATALI APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.	
SERMO I.—De duabus olivis ad dexteram candelabri.	177
SERMO II.—Quomodo fidelium animos alant apostoli.	180
SERMO III.—De eo quod scriptum est: <i>Donec aspiret dies, et inclinentur umbræ.</i> Cantic. cap. ii, § 17.	183
IN ASSUMPTIONE B. MARIE.	
SERMO I.—Quod Maria duplici titulo sit mater, quodque recte dicatur thronus Dei.	187
SERMO II.—De mutuo amore Jesu et marie.	190
SERMO III.—De quiete spirituali.	193
SERMO IV.—Quod beata Virgo Mariæ et Marthæ officia implevit.	197
IN NATIVITATE B. MARIE.	
SERMO I.—Comparatio partus Virginis cum vite quæ incorrupta dat odorem suum.	199
SERMO II.—De pulchritudine sanctæ dilectionis.	203
IN SOLEMNITATE OMNIUM SANCTORUM.	
De pauperibus spiritu.	205
Sermo in verba Cantici canticorum: <i>Quæ habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam.</i>	210
IN FESTO B. MARIE MAGDALENÆ.—SERMO NICOLAI CLARAVALLENSIS.	
GUIGONIS MAJORIS CARTHUSIÆ PRIORIS QUINTI EPISTOLÆ QUÆDAM.	
Admonitio.	219
EPIST. I.—Ad Haimericum cardinalem et cancellarium.	219
EPIST. II.—Ad Hugonem S. Militiæ priorem.	221
EPIST. III.—Ad Innocentium papam II.	221
EPIST. IV.—Ad fratres Durbonenses.	222
S. BERNARDI VITA ET RES GESTÆ libris septem comprehensæ.	222
Admonitio.	222
LIBER PRIMUS, auctore Guillelmo olim Sancti Theoderici prope Remos abbate, tunc monacho Signiacensi.	225
Præfatio.	225
CAP. I.—De parentibus beati Bernardi, eorumque insigni pietate in educandis liberis; deque Bernardi jam tum pueri indole, et præclaris moribus.	227
CAP. II.—De integritate Bernardi pueri, curam feminæ præstigiatrix detestantis; de visione nati Salvatoris ei facta, et de matris obitu.	228
CAP. III.—De studio tuendæ castitatis, deque vitæ religiosæ proposito, et allectis in eandem sententiam fratribus suis, aliisque sociis.	230
CAP. IV.—De ingressu Ordinis, et fervore novitatus. Quam parvus cibi et somni; cupidus quoque laboris externi; deque ejus miro in sacra Scriptura profectu.	237
CAP. V.—De initio Claravallis, et vili victu primorum ibidem monachorum, deque ostenso divinitus ejus incremento.	241